



## EXEGETIS TABU- LÆ TERTIÆ.

**P**ER navigato Visurgi duplex instituemus iter, alterum ad Belgas, & ad Septentrionales populos alterum. Ad Albim autem navigaturis primum occurrit Opus Novū, vulgò dicitur Werck (num. 1.) turris & in summo maris estu insula. Ibi vasa incipiunt, quae modo non eundem, quem olim, tractum occupant, sed secundū vada nova posita ad Hāburgū usq; Saxoniarum gentium celeberrimum Emporium. Varia quoq; sunt portuum Albis commercia. In Stadeni verò precipuum est pannorum Anglicorum.

Ceterum vada huius fluvii

arenosa haec habes: 2 Vogelsandam. 3. Nortgrunden. 4. Tonningen. 5, Rømerder sand: 6, Pilgrom sandt: 7 De Memme.

Ad Eidoram Holsatorum & Cimbrorum fluvium navigantibus primum obstat de blauve ort dictum (nu. 8.) Dein (9) de Nievue gronden. (10) Hecke sandt: 11, de Koberch, mons, 12 Ulkesandt. 13 Londen oppidum Dietmarsia. 14 Meldorpium. 15 Insula sancta, vulgò Heilichlandt. 16 Eitersteda territorium. 17 Stranda insula. 18 Ameren insula. 19 Huysen, 20 Tonderē oppida. 21 Siltainsula. 22 Rima insula.

23 Ri-